



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantum, Eorumque Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quam brevissime
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Populus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

In c. si de jure patr. & gl. in sum. 15, quest. 8, Jason: in l. 1, num: 11, & infra de transact: facit quod in penalibus non sit extensio de casu ad casum, vel de similibus ad similia, nisi in quibusdam, prout dixi in ver: extensio, in 1, p. sicut nec vassallus venit privandus feudo, nisi in casibus expressis, Iser. in c. 1, quod vassal: jur: deb: fideli. facit quod nemo in dubio praesumitur irregularis, c. significasti, il primo, de homicid. Nav. in Manual: c. 27, a num: 49, & 193, notab: 3. ubi habes in dubio nullum censeri irregularem, & hoc maximè in foro exteriori.

Tertiò, ubi quis delinquit, & non est capax pœnae à jure impositæ, tunc erit locus pœnae ordinariae, Gem: in c. si compromissa, §. & idem, ver: nota istam gl: de elect: lib: 6. facit pro minoribus, vel mulieribus, vel ægrotis delinquentibus.

PEREGRINI.

Primò, Peregrinus clericus absque dimissoriis sui Ordinarii, non debet admitti ad Missarum celebrationem, Conc: Trid: ieff: 22, cap: quarta cura, §. deinde, in tit: de cler: pereg: §. extranei, c. primates. 71, diff.

Secundò, si celebrat quis extra suum Epicopatum, absque dimissoriis sui prælati, non incurrit aliquam pœnam de jure communi, licet malè faciat, nisi de jure speciali aliquarum cathedralium, & præsertim Neapoli, ubi adest pœna suspensionis lata sententia in Conc. diocesano, ut resert Afflict. inconstr: Reg: hoc tamen fallit quando

Episcopus, qui ordinat aliquem ad presbyterium cum dimissoriis sui Ordinarii, quia tunc per illas recentes dimissorias potest eum admittere ad celebrationem, quamvis illæ sint solùm, quoad ordinem suscipiendum, & non quoad celebrationem, quia videtur sufficere notitia, & negotii veritas, nec obstat quod pontificale dicat, in fine promotionis presbyterorum, quod nullus ad eundem ordinem promotus priùs celebret, quam cæremonias ritusque ad celebrationem necessarios edificat, quia supponitur eos callere, vide Nav: conf: 1, de cler: pereg.

POPULUS.

POpuli appellatione, an veniant clericis? Respondetur affirmativè, §. plebis etiam, Inst: de jur: nat: Selua 3, p: q: 6, num: 3. hoc intellige in favorabilibus, ver: 91. si interdicitur populus, non ita censentur interdicti clericis, nec econtra Sylvest. in versi. interdictum, 2, nu: 9, ver: octavum.

POSSESSIO BENEFICII.

Primò, per quem debet dari possessio?

Secundò, an quis per seipsum possit eam capere?

Tertiò, an requiratur instrumentum, vel sufficiat scriptura privata, & testium depositio?

Quartò, quomodo probetur?

Quintò, quid fieri debet ab accipiente possessionem?

Q: 3

Ad